



LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer egy
évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

Truditur dies die


annisque labentibus iam iam bis mille-simus appropinquat annus, ex quo tem-pore pastoribus vigiliis noctis custodien-tibus in civitate David, quae vocatur Bethlehem, angelus Domini apparuit lae-tissimumque eis indicavit nuncium: «Na-tus est vobis hodie Salvator mundi. Ite ad eum: invenietis in-fantem pannis¹ in-volutum et positum in praesepio».² Si-mulque audita est vox caelestis: «Glo-ria in altissimis Deo et in terra pax homi-nibus bonae volun-tatis!»

Pictura Friderici Uhde, quam adiun-gimus, hoc momen-tum vobis, carissimi lectores, ante oculos ponit. Pastores, licet, vestibus³ hodie³ usi-tatis³ artifex pinxe-rit, itaque a⁴ vera⁴

temporis⁴ ratione⁴ aberraverit,⁴ tamen ani-mus non offenditur:⁵ multis annis ante montivagi illi pastores eadem timida sanc-taque verecundia nuncium caelestem au-scultabant, quam pictura adumbrat.⁶ Et an-gelus quoque faciem puellae verecundae gratam licet induerit, tamen satis aethereus⁷ est, quia habet quid-quam caeleste in se.

Pars⁸ picturae⁸ posterior⁸ regionem ostendit splendido fulgore radiatam,⁹ ubi nuncius felix ho-minibus allatus est.

Cuius nuncii me-moria in omnibus vitae spatiis¹⁰ gratis-sima est nobis et ve-spere,¹¹ qui¹¹ praece-dit¹¹ natalem¹¹ Do-minii¹¹ diem,¹¹ laeti-tia gaudioque om-nes afficimur. Hoc tempore enim alma pax perfundit pau-



Per.
Lat
020



perum tabernas aeque ac turres regum. Cum autem arborem,¹² quam vocant nataliciam,¹² ad gaudium luminibus ornatam parentes et liberi propinquique circumstant, omnium animos imbuit vox illa caelestis: «*Gloria in excelsis Deo! Natus est nobis Redemptor mundi, qui pacem ferret omnibus!*»

1 pónya 2 jásszol 3 mai ruházatban 4 anachronismust követett el 5 megütközik vmin 6 ábrázol 7 légies 8 háttér 9 besugároz 10 az élet minden szakában 11 karácsony estéjén 12 karácsonya.

Paulus Christo adiuvante patrem invenit.

Diebus¹ festis¹ Christo¹ nato¹ sacris¹ homo quidam Sabarium² advenit. Vir barbam longam habebat vesteque³ pellicia³ indutus erat. De statione viā rectā in deversorium⁴ «*Ad equum album*» iit. Postquam aliquantulum cibi sumpsit, sciscitur e caupone:

— Nostine uxorem Petri Kelen? Ego mulieri propinquus eamque visurus sum.

Caupo respondit:



Coquus¹ avarus.²

Viator pauper fame cruciabatur.³ Pecuniam habebat nullam, mendicare⁴ autem nolebat.

Fame vexatus conspexit culinam,⁵ cuius fenestrae patebant. Per fenestras patefactas suavissimus⁶ odor ciborum nares⁷ titillabat.⁸

Viator ad fenestras consedit, ut famem odore ciborum leniret.⁹ Forte conspexit eum coquus, qui avarissimus erat pecuniae et interrogavit miserum, quid faceret. Homo pauper responsum sincerum¹⁰ dedit.

Brevi tempore viator surgit,¹¹ ut iter¹² pergeret,¹² sed coquus ei obstat¹³ et pro odore ciborum pecuniam ab eo postulat. Viator

— Oh hominem illum miserum! Petrus Kelen mercator fuerat in oppido nostro, sed mercatura ignarus in aes alienum incidit,⁵ mox autem in carcerem coniectus est. E custodia dimissus in Americam migravit, ubi in fodiinis⁶ mortem obiisse dicitur. Uxor eius sex annis ante Budapestinum discessit, ubi opere diurno sibi et liberis victum quotidianum quaeritat.

Peregrinus de rebus certior factus cauponi gratias agens confestim ad stationem properat et vectura citatiore Budapestinum proficiuntur.

Die, qui praecedit diem natalem Jesu, pervenit in urbem, ubi in cauponam «*Ad ursum*» devertitur. Tempore postmeridiano litteras scribit, vespere autem exit, ut litteras in theca tabellaria deponat. In via homines domum properantes videt. Fenestrae iam ubique lucidae sunt et per eas abietis⁷ arbores⁷ donis et luminibus ornatae⁷ conspicuntur. Repente quidam puer septem circiter annorum, pallido colore tritisque⁸ vestimentis in conspectum venit. Parvulus eiulabat.⁹

— Quid tu hic agis? — alloquitur eum viator.

1 karácsony napjaiban 2 Szombathely 3 prémes bunda 4 vendégfogadó 5 eladósodik 6 bánya 7 karácsonyfa 8 kopott 9 sírdogál.

affirmat se nihil coquo debere,¹⁴ sed coquus non cedit.¹⁵

Diu rixabantur,¹⁶ tandem convenit¹⁷ inter¹⁷ eos,¹⁷ ut controversia¹⁸ diiudicaretur¹⁹ ab eo, qui primus in via eis obveniret.²⁰

Forte senex honestus et nobilis venit, cui res narratur...

Hic primum nihil dixit, sed viatori nonnullos praebuit nummos.²¹ Quod cum coquus avarus videret, oculi gaudio exardescabant²² sperans fore, ut ipse nummos acciperet...

At nunc senex ad viatorem: Concute,²³ inquit, nummos prope aures²⁴ coqui, ut tinniant!²⁵ Nam, si tu contentus eras odore ciborum: is quoque contentus sit, oportet tinnitu²⁶ pecuniae!

Alexius Czuppon.

¹ szakács ² kapzsi, vágyó valamire (gen.) ³ gyötör ⁴ koldul ⁵ konyha ⁶ kellemes ⁷ orr ⁸ csiklandoz ⁹ enyhít ¹⁰ őszinte ¹¹ felkel, feláll ¹² utamat folytatom ¹³ útját állja valakinek ¹⁴ tartozik ¹⁵ enged, tágit ¹⁶ vita kozik, civódik ¹⁷ abban állapodtak meg, hogy ¹⁸ vitás ügy ¹⁹ eldönt (itéettel) ²⁰ szembejön ²¹ érc-pénz ²² felgyűl, felesíllan ²³ megráz, összeráz ²⁴ fül ²⁵ csörög ²⁶ csengés.

— Christum infantem quaero, — singultat puer, — sed nusquam eum reperio.

— Christus infans non advenit ad vos ? — quaerit barbatus.

— Minime. Matercula Jesum parvulum in tecta nostra sordida haud intraturum esse dixit. Ego litteras quoque Jesu parvulo scripsoram rogans, ne miserorum oblisceretur.

— Quid est tibi nomen, fili ? — interrogat eum vir cum misericordia.

— Nomen mihi est Paulo Kelen. Soror Martha, mater autem Maria nominatur. Patrem amisisimus. Matercula eum in caelis esse dicitat, itaque nos quotidie pro patre precamur.

Vir valde commotus manum pueri arripit dicens :

— Paule, nunc propensa domum. Jam videbis Christum infantem ad vos quoque venturum esse.

Puer aufugit, vir autem cito pede in deversorium revertitur, pauca cum caupone loquitur, mox abietem muneraque varia coemit et in cubiculo suo omnia ad largiendum¹⁰ prae-
parat.

Dum haec in deversorio fiunt, caupo iussu hospitis mulierem adit narratque quo modo peregrinus filium eius invenerit et roga-
eam, ut cum liberis in deversorium pro-
peret.

Mulier una cum filio et filia deversorium petit, ubi munera multa luminaque festa magno cum gaudio pauperes spectant.

Paulo post appareat vir barba promissa.

— Ecce, Paule — inquit — advenit Christus infans. Haec omnia vobis secum porta-
vit. — Maria Kelen flens manum viri arripit osculoque tangit.

— Oh domine optime, dicit mulier, quo-
modo tibi gratias¹¹ dignas rependere¹¹ possi-
mus ?

— Nonne vos inopes estis ? Maritus tuus mortuus est...

— Ut dicis. Nos valde illum amavimus.

— Nullam causam habetis — ait vir — spem deponere. Ego nuntium exoptatum de eo vobis affero. Maritus tuus ex America saepe tibi litteras et pecuniam quoque miserat, sed quae iteruni atque iterum ut ignota missae ei redditae sunt. Haec quoque Christi munera maritus tuus misit.

— Ilene ? — exclamat mulier commota. — Dic mihi, domine, ubi maritum invenire possim ?

Vir proprius ad mulierem accedens miti animo eam alloquitur :

— Maria, non me amplius noscis ? Tum mulier virum amplectitur et dicit : — Tune ille es, carissime Petre ? Verumne hoc est ?

Diu stabant inter se amplexati, mox mulier sic liberos allocuta est :

— Paule, Martha ! Ecce Christus infans patrem vobis reddidit. Dein iam vitam beatiorum vivemus.

Pater inter lacrimas osculatus est liberos inventos et dixit :

— Agamus gratias Jesu parvulo, qui me vobis vosque mihi iterum reddidit.

E. Márkus.

¹⁰ ajándékoz ¹¹ megköszön.

EXEMPLA CLARORUM VIRORUM

Nasica cum ad Ennium poetam venisset, in ostio quaequivit, essetne domi Ennius. Ancilla dixit eum domi non esse. Nasica sensit ancillam iussu domini hoc dixisse Enniumque intus esse. Paucis diebus post Ennius venit ad Nasicam et in ostio quaequivit, intusne esset dominus. Nasica exclamavit se domi non esse. Tum Ennius : « Quid ? — inquit — non ego vocem tuam cognosco ? » Respondit Nasica : « Homo es impudens : ego cum te quaererem, ancillae tuae credidi, te domi non esse : tu mihi ipsi non credis ? »

(Cicero.)

Anniceris Cyrenaeus magnopere equitandi et currus regendi peritia superbiebat. Hanc peritiam Platoni ostentare volens, iuncto curru sic multos cursus circumnegit in Academia, ut rotae de primis orbitis¹ nunquam errarent. Omnes eo miraculo obstupefacti aurigam ad caelum laudibus extulerunt. Tum Plato : « Fieri non potest — inquit, — ut qui curam adeo diligentem impendat rebus exilibus, non negligat ea, quae sint multo potiora et mirabiliora. »

(Aelianus.)

Agesilaus, rex Lacedaemoniorum, laudabat iustitiam, virtutum omnium principem dicebatque fortitudinem nullam esse sine iustitia. Aliquando quidam dixit regem Persarum aliquid ei imperare. Agesilaus : « An ille — inquit — maior est Agesilao, si non est iustior ? »

(Plutarchus.)

¹ kerékvágás.

C. Marius.

Marius ille, (156—86. a. Chr. n.) qui erat Sullae amicisque eius inimicissimus, haud nobili loco natus bello Iugurthino clarus primum evasit.

Iugurtha a Micipsa, rege Numidarum adoptatus, postquam Micipsa e vita excesserat, duos eius filios, fratres suos interfecit, ut solus imperio Numidiae potiretur. Postquam igitur Romae nefarium Iugurthae scelus cognitum est, placuit bello persecui parcidam.¹ Cuius socer, Bocchus, rex Mauretaniae Marii voluntati morem gerens Iugurtham Romanis tradidit. Longo demum bello confecto magnum Romae spectaculum erat, cum Marius triumphans ante currum Iugurtham egit, quem postea in caenosum² carcерem coniecit. Quo cum Iugurtha intraret nudus, desipienti³ similis exclamasce dicitur: quam frigidum est Romanorum balneum!⁴ Non multo post homo ille impius in carcere suffocatus est.⁵ Ea fama vagatur dignitatem populi Romani operā optimatum labefactatam⁶ a Mario, filio plebis esse conservatam.

Eo tempore Cimbri et Teutones novas sedes quaerentes Italiae fines transgressi sunt. Victoriam de ducibus Romanis iterum reportata actum esset de imperio Romano, nisi Marius fuisse. Ille primum Teutones prostravit, quorum rex Teutobochus insigne triumphi spectaculum praebuit: quippe vir staturā conspicuā⁷ super tropaea⁸ ipsa eminebat. Nec minor cum Cimbris pugna, quam cum Teutonibus erat: caesa traduntur ducenta hostium milia. In pugna uxores Cimbrorum fortissimas se praestitisse dicuntur. Victae tamen cum a Mario libertatem non impetrassent, ne servae Romanorum fierent, suffocatis infantibus suis aut mutuis vulneribus periēre, aut suis manibus sibi mortem paravēre. Cimbris caesis etiam canes eorum domicilia defendēre. Marius Romā ex imminenti exitio erectā tertius Urbis conditor nominabatur.

Propter bellum Mithridaticum acerrimae simultates⁹ inter viros potentissimos: Sullam et Marium susceptae sunt. Marius Sullae satellites fugiens in paludibus Minturnen-sibus¹⁰ reperlus caenoque¹¹ oblītus* Minturnis

in carcere coniectus est. Servum natione Cimbrum ad eum occidendum missum oris vultusque gravitate deterruit. «Tune, homo,— inquit — gladio C. Marium aggredi audes?» Quo auditio servus quasi attonitus obmutuit, mox Marium se non posse occidere vociferans¹² fugam arripuit.

Postquam libertas ei sic restituta erat, multis rerum discriminibus exhaustis¹³ demum in Africam devehitur. Cimbrorumi extinctor atque extirpator cum in atris curis mersus in locis solitariis¹⁴ sederet, lictor praefecti Africæ ad eum venit et domino auctore¹⁵ eum propere ex Africa aufugere iussit, nisi in se animadvertis vellet. Cui Marius: «Nunties velim domino vidisse te Caium Marium super rudera¹⁶ Carthaginis sedentem.» Quibus verbis in memoriam revocabat praefecti rerum humanarum inconstantiam, cum et urbis olim opibus valentissimae et viri nuper potentissimi sortem ante oculos poneret. Post diversos errores in insula Cercina¹⁷ etiam piraticam¹⁸ exercebat.

Dum a Sulla res strenue in oriente gerabantur, Marius revocatus a Cinna iniuriam vindicaturus in Italiam rediit. Servi armati truci vultu eum, cum Romam ingredieretur, comitabantur et illico cives a Mario non resalutatos leto affecēre.

Quinque dies continuos totidemque noctes illa scelerum omnium Furia saeviit. Tandem Marius, postquam septimum quoque consulatum adeptus erat, sicut quondam ei praedicebatur, senio et laboribus confectus in morbum incidit et LXX annos natus vitam finivit.

Initio Marius rebus praecclare gestis rem publicam servavit, at postea rerum gestarum gloriam corruptit ita, ut haud facile iudicares, utrum bello insignior, an pace fuisse perniciosior. Studiis humanitatis alienus Graecarum litterarum plane erat contemptor nec non philosophorum docentium homines ad deos nulla re proprius accedere posse, quam salutem hominibus dando atque impertiendo.

*Sebastianus A. Móldy.
Quinque-Ecclesiis.*


¹ gonosznevő ² sáros ³ eszelős ⁴ fürdő ⁵ megföjt
⁶ megingat ⁷ szembeötlő ⁸ győzelmi jelvények ⁹ ellen-ségeskedés ¹⁰ Latiumban ¹¹ sár, iszap, * beszennyez
¹² kiáltozik ¹³ kiáll, végigszenved ¹⁴ magános ¹⁵ javas-latára ¹⁶ rom ¹⁷ a kis Syrtis egyik szigete, ma: Kerkine ¹⁸ kalózkodás.

Endymion.

In monte Latmo, in Caria vixit quondam iuvenis formosus omnibusque gratus, nomine Endymion. Iuvenis in montibus gregem sibi commissum servabat, sed libentissime lepores pronos¹ per iuga montium silvasque sectabatur² cum sagacibus³ catulis⁴ aut velocis cervi vestigia lustrabat: ita vitam quiete degebat.

Aliquando iuvenis venatione nocturna fessus somnoque oppressus sub arbore ramosa quiescebat. Iuxta eum hasta arbore fulta⁵ iacebat fidelesque canes una cum eo dormiebant. Forte in eum locum dea noctivaga:⁶

*Luna, bigis⁸ niveis inventa cursum direxit.
Regina siderum flore iuventae vigentem
puerum conspexit adeoque ei Latmius⁷
placuit, ut alipedes⁸ equos consistere iu-*



Claudii.

Ad fabulam *Ernesti Eckstein* latine scripsit
Valentinus Fehér.

V. Eurymachus et Stephanus.

Iam ver advenerat. Urbs ad saecularia festa ornatissimam sibi vestem induisse videbatur. Splendidi¹ ludi sollemnes cum cursu coepabant. In alterum diem indicta erant² in amphitheatro Flavio certamina, pugna navalis, venatio.³

Iam prima luce magna vis hominum in forum et plateas confluabant. Longus lecticarum auratarum⁴ ordo, veluti pompa, ad Circum Maximum vehebatur. In lectica splendidissima Lycoris iacebat, apud eam amica, quae rure venerat, ut circenses⁵ attueretur.⁶

beret curruque relicto iuvenem mortalem oscularetur. Amore inflammata dea etiam Iovem precibus adiit supplicique voce patrem omnipotentem precabatur, ut cuvis voluntati iuvenis obtemperaret.⁹ Rector mundi petenti satisfecit, illa autem ad iuvenem rediit eumque hortabatur, ut quidquid sibi vellet, optaret. Endymion sempiternam iuventutem sibi optavit, qua somnians in aeternum frucretur.

Iuppiter promisso¹⁰ stetit¹⁰ et ab hoc tempore Endymion sub Latmia saxa in antro opaco dormit. Luna autem per singulas noctes¹¹ iuvenem oscu-

latura de curru descendit. (E.)

¹ gyors ² üldöz, hajszol ³ kopó ⁴ megtámaszt
⁵ éjjel kóborló ⁶ kétkerekű kocsi ⁷ = Endymion
⁸ száryaslábu. ⁹ teljesít ¹⁰ állja az igéretét ¹¹ minden éjjel.

Paulo post cum magna turba dissonique⁷ clamores audirentur, servi lecticam ferentes vestigia premunt.⁸

— Domina — nuntiat servus — longius procedere non possumus, quia excubitores⁹ hominem quandam apprehenderunt ingensque est stipatio.¹⁰

Lycoris caput e lectica profert.

— Ego iam vidi vultum istum — ait. — Cognosce, Philemon, quid ille miser egerit.

Servus paulo post nuntiat Eurymachu, servum Stephanii fugitivum esse captum.

— Ecator¹¹ is ipse est! — clamat Lycoris. — Agedum advoca illos duos milites.

Qui cum adiissent, Lycoris litteras celeriter

¹ fényes ² hirdet ³ vadállatokkal való küzdelem
⁴ aranyos ⁵ cirkuszjátékok ⁶ megnéz ⁷ össze-vissza
zavaros ⁸ megáll ⁹ rendőr ¹⁰ tololgás ¹¹ igazán.

scriptas uni tradit; epistola haec verba continebat: «Lycoris Stephano salutem. Una cum his scriptis adducetur ad te Eurymachus, quem iam dudum frustra requisisti. Custodi eum diligenter, ne tamen attingas, priusquam ego sermonem¹² tecum conferam.¹² Hodie apud te cenabo. Vale».

Conspicere Eurymachi insperatus Stephanum in maximam coniecit¹³ animi¹⁴ commotionem.¹⁴ Servum ipse vinctum inclusus in cellam domus remotissimam.

Cum tempus cenandi appeteret,¹⁵ e scrinio¹⁶ pugionem expromit et lucernam manu tenens in cellam ingreditur. Eurymachus humi oculiniscebat.¹⁷

— Iterum igitur — inquit — mihi in manum incidisti. Iuro te nunc e manibus meis non elapsurum. Qua vagatus es spatio semestri praeterito? Loquerisne, an pugione linguam tibi moveau?

— Cum me timeas — ait Eurymachus — vis de cervicibus depellere¹⁸ molestiam¹⁹ et testem²⁰ tui facinoris oculatum²⁰ perdere. Erras. Novit enim illud etiam Gn. Afranius et serius²¹ ocius²¹ in apricum²² profert.²² Exple ulciscendi cupiditatem, tracta²³ me, quem ad modum patrem tuum tractavisti.

— Tace! — rugit²⁴ Stephanus in servum invectus. — Tace aut occido te.

Eo temporis momento Lycoris ad limen apparet.

— Ubi es? quo eum abdidisti? Est mihi cum eo loquendum; ex eo volo cognoscere, quomodo Quintum Claudium ad religionem Nasarenorum perduxerit.

— Quid tua refert id comperire?

— Cupida sum rei cognoscendae. Quid plura? miseret me pulchri illius Quinti Claudi.

— Per²⁵ me licet²⁵ — ait Stephanus et cellam reliquit.

¹² beszél ¹³ ejt ¹⁴ izgatottság ¹⁵ közeledik ¹⁶ szekrény ¹⁷ kuporog ¹⁸ leráz ¹⁹ nyúg ²⁰ szemtanú ²¹ előbb-utóbb ²² napfényre hoz ²³ bánik ²⁴ ordít ²⁵ bánom is én:

Non valde gaudere debemus, quando laudamur, nec contrastari,¹ quando vituperamur; quia nec depravare² iniuriam, nec coronare potest laus. (*S. Augustinus in Epistolis.*)

¹ szomor' odni ² eleavar, elferdít.



Albertus Berzeviczy. Viginti quinque anni praeterierunt, ex quo tempore Albertus Berzeviczy praeses Academiae Litterarum Hungaricae electus est. Quo honore fungi per hoc spatium temporis perpaucis tantum in toto orbe terrarum obvenit.

Vir clarissimus litteras¹ ianu a pueritia adamavit¹ totumque² se² per totam vitam eis dedidit.² E³ disciplina³ Augustini Trefort profectus³ multarumque⁴ rerum⁴ cognitione⁴ imbutus⁴ Albertus Berzeviczy primum iuris scientiam in Academia Eperiesensi docuit, mox summus⁵ rerum⁵ scholasticarum⁵ praefectus⁵ creatus est. Artis⁶ peritus⁶ existimatorkę⁷ acerrimus⁷ multis operibus litteras nostras ditavit,⁸ quae etiam apud gentes eruditias externas gloriam ei patriaeque perennem⁹ attulerunt.

Stephanus e comitibus Széchenyi, noster ille «Maximus», cum Academiae Litterarum Hungaricae fundamenta iaceret, tales viros, qui instituto praessent, animo¹⁰ concepit.¹⁰

Lugdunum,¹¹ urbs Francogalliae prid. Id. Nov. ingenti calamitate afflictum est. Fluvius enim Arar¹² imbris auctus partem montis Sancti Ioannis subluit¹³ lapsusque terrae vias et plateas permultas aedificiaque urbis una cum incolis obruit.¹⁴ Propter calamitatem multi homines vitam amiserunt.

Praefectus¹⁵ urbis¹⁵ Herriot, qui fuerat ante sunimus¹⁶ rebus publicis per Galliam administrandis praepositus,¹⁶ ubi rem compert, confestim Lugdunum proiectus est locumque miseriaram invisebat.

Ex Hispania quoque nuncius aequo horridus assertur. *Madriti,*¹⁷ in capite¹⁸ regni

¹ a tudományokat megszeretni ² egészen elni vminek ³ vkinék iskolájából, keze alól kikerülni ⁴ sok ismerttel bír ⁵ közöktatásügyi miniszter ⁶ müértő ⁷ éles-elméjű műkritikus ⁸ gazdagít ⁹ maradandó ¹⁰ képzelt el lelkében ¹¹ Lyon ¹² Saone ¹³ alámos ¹⁴ eltemet ¹⁵ polgármester ¹⁶ miniszterelnök ¹⁷ Madrid ¹⁸ főváros

domus¹⁹ octo¹⁹ tabulatis¹⁹ edita¹⁹ ex improviso corruit. Streptitus fragorque aedificii ingentem terrorem incolarum suscitavit. Causa calamitatis hominibus tribuebatur, qui rerum novarum cupidi ne extrema quidem conari deterrentur, quominus omnia divina humanaque iura permisceant subvertantque. Sub ruinis multorum hominum miserrime peremptorum cadavera reperiebantur.

Ne maris quoque iniquitate genus hum-
manum vacaret, ut ex Britannia nunciatur,
navis Britannica «*Highland Hope*», quae
fuerat plus quam 14000 amphorarum,²⁰ in
litoribus Lusitanis²¹ ad²² scopulos²² appulsa²²
periit. Vectores ingentibus pulsationibus²³ ex-
perrecti naviculas²⁴ impavidi conscendebant
et ad unum omnes in tutum pervenerunt.

¹⁹ nyolc emeletes ház ²⁰ tonnás ²¹ portugál ²² zátonyra fut ²³ lökés ²⁴ mentőcsónak.



Locosa.

I.

Novus tabernae mercatoriae alumnus.¹

«Vin everram tabernam? Nonne te ad
durum atque importunum² opus peculiarem³
ministrum adhibuisse⁴ dixisti?»

«*Litteras*⁵ *admonitrices*⁵ iste scriptitat
scilicet!»

II.

«Quid, per totum diem scriptitas?»
«Ita vero, equidem ego scriptor sum!»
«Quid scriptitas?»

«Fabulam⁶ Romanensem⁶ scilicet.»
«Oh rem ridiculam et ineptam!⁷ Talem
bulam Romanensem tribus denariis ubivis-
cet emas!»

III

«Tandem tu imaginem tuam photographice exprimendam curasti?»

«Ita profecto! et tu, vir, in vestimento
unam habes bullam!»

«Iam tandem notasti?⁹ Enimvero idcirco
meam imaginem exprimendam curavi!»

IV.

«Hoc mihi, domine, sane molestum, verum
equidem quibuscum saltem,¹⁰ viros diligen-
ter eligere consuevi!»

«At ego, dominula, haud ita fastidiosus¹¹ sum !»

V.

Uxor professoris inquit viro: «Audistin Ludovicum filiole auctum esse?

Professor: «Quem dicis, inquit, Ludovicum? Nempe nos in ipsa Gallia amplius quindecim habuimus Ludovicos.» *Carolus Ács.*

1 inas 2 durva 3 külön 4 alkalmaz 5 figyelmez-
tető-levél 6 regény 7 dőre 8 gomb 9 észrevesz
10 táncol 11 válogatós.



I.

Problema geographicum.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
+	N	B			T		E		E	+
+	A			H	A		L	+	L	
D	+	O	R			U	+			
I	+	O			+			S		
		+		+			C			
A		S	+	A					A	

Huius rectayoni areolae¹ et vacuae² et crucibus signatae, litteris singulis ita expleantur, ut lineis perpendicularibus significantur: 1. oppidum Epiri, 2. urbs Assyriae, 3. flumen Hispaniae (hodie «Guadalquivir» nominatur), 4. via urbis Athenarum, 5. pars orbis terrarum, 6. oppidum Boeotiae a Cadmo conditum, 7. flumen Galliae Belgicae, his temporibus «Somme» nominatum, 8. insulae Britanniae, hodie «Hebridae», 9. oppidum Pannoniae, 10. oppidum Mesopotamiae, 11. oppidum Hispaniae Tarraconensis, hodie «Lerida». — Si verba recte inveneris, litterae arearum cruces continentium (forma V) dictum indicabunt imperatoris Titi, filii Vespasiani merito laudatum, qui recordatus quondam super³ caenam,³ quod nihil cuiquam toto die praestitis- set⁴, his verbis tristitiam suam domesticis⁵ demonstravit.

¹ «kis négyszög» ² üres ³ ebéd közben ⁴ jót tesz valakivel ⁵ háznépének.

II.



III.

24, 8 = coniunctio
11, 31, 16, 1, 22, 33, 20 = clarus Iliae filius. Mavortia condidit mocnia
31, 9, 6, 3, 10, 24, 5 = qui erat Paetinae gentis gloria. Sulmone natus poeta tenerorum erat lusor amorum
28, 26, 7, 29, 6 = quos Laocoön timebat etiam dona ferentes. (Nominat. plur.)
35, 12, 18, 4, 25, 31, 13 = insula, fama notissima
21, 17, 16, 4, 2, 24, 16 = alia voce: vinum
37, 33, 32, 16, 31 = ubi Ovidius natus est
15, 14 = coniunctio adversativa
36, 9, 19 = forma salutandi
30, 23, 34, 27, 33, 13 = alia voce: cribrum.
1—37: versus notissimus Ovidii.

Ladislaus Pichler.

Fövenyessy (Pécs), Iul. Wattamány (Pécs), Franc. Szabó (Veszprém), Lucia Fayer (Budapest), Julius Szabó (Budapest), Thom. Matlyasovszky (Pécs), Steph. Wohryzka (Budapest), Theod. Endrényi (Budapest). Classis VI. thygatroleci Kaposvárensis. Eugenius Réczy (Budapest), Laura Hardy (Veszprém). Praemium Rudolpho Orbán sorte obvenit.



Petrus Hauser: Tu, mi fili, ita scribis pro tua aetate satis accurate Latinę, ut nos (et verisimiliter etiam magistri tui) optime de te sperare possimus. Secundam classem frequentas gymnasii Scholarum Piarum Budapestinensis Si scientiam linguae Latinae etiam in posterum eadem, qua adhuc diligentia consequi conaberis, magnos in his studiis progressus facies et «labentibus annis» haud mediocriter versatus in litteris Latinis eris. Quod ut ita fiat, ex intimo corde tibi optamus. Nunc autem lectoribus nostris opusculum tuum, cui titulum: *Hungaria beata erit* inscripsisti, ostendemus:

«Adalbertus: Potestne regnum mutilatum consustumque, quale nostrum est, aliquando beatum fore? Petrus: Potest, mi amice; et quidem tres modi sunt, ut hoc consequamur matremque carissimam, Hungariam, summa beatitudine fruenter videamus. Adalb: Num qui sunt modi? Petrus: 1. Habemus hebdodem, quam dicunt Hungaricam et quae ideo ordinata a ductoribus nostris est, ut nos semper merces vernaculae, neque aliunde originem ducentes emeremus. Nam, si merces peregrinæ originis ememus, nationem peregrinam divitem, nostram autem pauperem reddemus. 2. Parce vive! Nobis enim omnibus facultatibus opibusque exhaustis parcissime vivendum est, ut patriam de integro divitem faciamus. 3. Disce diligenter! Sic recondes patriam.»

Carissime Petre, grassare hac via etiam in futuro ad gloriam patriæ. Et faxit Deus, ut quo plures Hungari hac via te consequantur! — Juditha Kosáry: Alterum quoque aenigma tuum mutatis mutandis prodibit. — Franciscus Szabó: Narratio, quam misisti, iam prodit in «Iuventute». (Annus IX., pag. 75.) — De reliquis littoris proxime.

Moderator ephemeridis: EUGENIUS FRAY DR.

Budapest, I., Verpeléti-út 22.,
ad quem epistulae et manuscripta mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)

Solutiones aenigmatum numeri II.

I.

v	i	t	a	m		m	u	s	c	a	
f		n	a	s	o		o	p	u	s	m
a	t		n	o	n	t	u	s		m	i
t	o	t		e	r	o		s	e	d	
u	r	o		i	t	e	r	r	a	r	a
m	o	t	u	s		v	o	r	t	u	s
				b	i	s	a	g	e		
v	i	v	i	t		u	u	s	q	u	e
e	s	t			o	r	b	u	s	u	t
s	t	o			a	i	t		i	r	a
t	e		s	e	p		i	t	e	a	t
a		m	e	t	a		c	e	r	a	o
	a	u	d	a	x		a	r	e	n	a

II. Epigrammata tristicha aenigmatica.
1. Acus. — 2. Ancora.

Aenigmata recte dissolverunt: Stephanus Rosenberg (Keszthely), Tib. Zöhls (Budapest), Lad. Pichler (Pécs), Livia Klein (Kecskemét), Rud. Orbán (Pécs), Andr. György (Budapest), Nic. Rosenberg (Keszthely), Petrus Hauser (Budapest), Zoltanus Gáspár (Keszthely), Franc. Rényi (Budapest), Steph. Beczner (Budapest), Alex.